Grochowski et Nobilis Daniel Gorski Intercisam inter se abinuicem Roborant.

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosi Olbrachtus a Grochowce Grochowski ab vna et Daniel Gorski parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusq. suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet se cum Successoribus ac bonis suis gtr omnibus totaliter et plenarie incorporando atq. subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit Quia ipsi sibi mutuo et inuicem vna pars alteri ac Successoribus partis alterius se ac suos Successores in et super bonis suis gtr omnibus haereditarijs obligatorijs mobilibus et immobilibus Summisq. quibusuis pecuniarijs habitis et habendis inscribunt et obligant Intercisam certam inter se recognoscentes ratione certarum rerum et conditionum in eadem intercisia expressarum confectam manibus recognoscentium Subscriptam In omnibus et singulis eiusdem Intercisiae Conditionibus punctis clausulis articulis Vadijs ligamentis ac nexibus generaliter vniuersis firmiter tenere

compleri exequi ac inviolabiliter observare omnibusq et singulis
922 illius contentis tam in toto quam in quavis minima parte satis-
faciendo Intercisam praedictam ad inscriptionem praesentem Roborati-
onem et inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praefatum inter-
cisam remissive referendo Sub vadio summae Quingen-
torum florenorum polon. per partem parti cum successoribus utriusq partis
ob non completionem contentorum intercisae praefatae omnium et singulorum
tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum suc-
cumbendo Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succum-
bendo ac re aliqua principali ex contentis intercisae praefatae non complet-
complenda citata existens pars una praemissa non tenens eius successo-
res eius Ad instantiam partis alterius praemissa tenentis vel eius successo-
rum ad Officium Castren. Capitan. Sanocen. Extunc remissive
praescripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo cita-
tionis termino tanquam peremptorio stare comparere respondere vadium
praefatum luere inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati de-
bebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et
obligat illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde conse-
quentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro-
maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servi-
tio militari ad munimenta ad Exercitum vel aliis quibusvis dilationibus
et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem ultra proximos
terminos officii praefati Castren. Sanocen. dilationem sibi non recipiendo
Nullasq motiones appellationes protestationes earumq prosecutiones fa-
ciendo Ac praemissa omnia quibus simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensi-
onibus fatalibus iuris praescriptione Terrestri bello Conventionisq et aliis quibusvis iu-
ris remediis et facti defensis non evadendo Hac sua inscriptione ad praemissa mediante